



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

L. Die Markgrafen Otto und Konrad stiften eine neue Präbende für ihnen
als Capellan dienenden Domherrn, den 6. Juli 1282.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

L. Die Markgrafen Otto und Konrad stiften eine neue Pröbende für einen ihnen als Capellan dienenden Domherrn, den 6. Juli 1282.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Otto et Conradus, dei gracia Marchiones Brandenburgenses etc. — notum esse uolumus vniuersis cristi fidelibus tam presentis temporis quam futuri, Quod ob salutem et remedium animarum progenitorum nostrorum ac peccaminum, nec non ob cultum diuinum ampliandum, in Ecclesia Stendaliensi vnam prebendam ad alias ordinauimus et fecimus specialem, de unanimo consensu prepositi Decani et tocius Capituli Ecclesie memorate, Dantes ad perfectionem eiusdem prebende proprietatem super talentis viginti et quatuor siue choris in villa Rytheke Siliginis chorum vnum et dimidium, ordeï tantum, Pife tres modios, Cum mensura Brandenburgensis ciuitatis, Denariorum viginti solidos cum decem et octo denariis in vna curia cum omni iure; In villa Polekowe Siliginis chorum vnum, Ordeï dimidium chorum, Auene duos modios, Denariorum septem solidos cum sex denariis et decima minuta in eadem curia cum omni iure; In villa Hefewich Siliginis chorum vnum et dimidium; In villa Bucholte Siliginis duos choros, Ordeï tantum, Denariorum quinque talenta cum quinque solidis et sex denariis; In orientali villa Insele Tritici triginta et quinque modios, Ordeï chorum vnum; In occidentali villa Tritici duos choros et duos modios; In villa Dalem Tritici Nouem modios et dimidium; In villa Ridzowe quindecim solidos denariorum, in Natiuitate sancte Marie. Bona autem predicta erant communia bonis Ecclesie prelibate. Itam prebendam requisito consilio prepositi et Decani, cui nobis placuerit, conferemus, dummodo sit persona ydonea sciencia, moribus et etate: et si contradictores extiterint, illam nichilominus conferemus. Et idem noster prebendarius nullam in Ecclesia habeat prerogatiuam pre aliis canonicis, sed omnia faciat in choro, in capitulo, in obedientiis, in Electionibus et in perceptione fructuum tam presentium quam futurorum, sicuti in Ecclesia a canonicis est haecenus obseruatum, — fruaturque omni gracia, iure et consuetudine, quibus actenus Canonici dicte ecclesie sunt freti et in presenti et in futuro tempore perfruentur. Iste prebendarius manebit noster capellanus et de nostra familia speciali nostraque priuilegia in dicto Ecclesia summa cum diligentia conseruabit. In huius rei euidentiam et in perpetuum testimonium presens scriptum fieri iussimus et sigillorum nostrorum impressionibus communiri, Adhibitis nichilominus testibus ydoneis, quorum nomina sunt hec: Honorabiles viri Adam prepositus, Johannes decanus presate Ecclesie, Johannes de Brunswich, Alewardus et Johannes de Gardeleghe, primus prebendarius, clerici, Johannes yrekesleue, Fredericus de Ecstede, Johannes de Stegheliz Hermannus de Reder, Zabellus de Plawe, milites et quam plures alii fide digni. Actum et datum Tangermunde, Anno domini millesimo ducentesimo octogesimo secundo, Secundo Nonas Julii.

Das Original ist durchlöchert.

LI. Dieselben vereignen die von den Rittern von Kerkow erkaufte Hebungen zu Schinne, am 18. Jan. 1284.

In nomine domini amen — nos Otto et Conradus, Dei gratia marchiones Brandenburgenses perpetuo presenti pagina constare uolumus christi fidelibus vniuersis, quod nos duos choros tritici, quos canonici Stendalienses de reliquiis et testamento domni Theoderici dicti de Havelbere, quondam eiusdem ecclesie canonici, emerunt in villa Scinne a Johanne et Gherhardo